







HISTORIA IVRIS NATVRAE
IN
EPOCHAS ET BREVES THESES
AD FORMAM HIST. IVRIS
B. KOPPII REDACTA
PRAELECTIONIBVS SVIS FVTVRO
SEMESTRI AESTIVO HABENDIS
PRAEMISSA

A B
ANTONJO LVDOVICO SEIP
I. V. D.



GOETTINGAE,
TYP. IO. CHRIST. LVD. SCHVLZII, ACAD. TYP.

HISTORIA IVNIS NATVRAE

ETIOLOGIA ET BREVES THESES

AD FORMAM PRIMI IVNIS


RECTORIS REDACTA

TRACTATIONIBUS SVIS PVTRO

SEMESTRI XRVINO HABENDIS

TRAMISSA

ANTONIO LAVOVICO SEIP




GOTTINGAE
MDCCLXXV




* * *

Non heri aut nudius tertius legitimae scientiae obtrectatores exsistere, nec deerunt unquam, inutile itaque foret B. L. ad Fauorinum Gellii remittere quum & nostrum Saeculum horum satis ferax sit. Mirum omnino est dictu quod quum Schola, quam dicunt Cuiacianam repurgasset ius civile a nugiuendulorum hominum inuentis, ac quotidie in eo desudauerit optimus quisque, nihilominus tamen ubique fere & in aulis male audire iuris hodierni formam. Sed quacunque noua specie appareat demum iuris nostri scientia certissimum tamen est, nec Hotmannos nec Thomastos unquam desuturos. Quod ad ius Romano-Germanicum attinet, nemo dubitat id ipsum absque solida omnium iurium cognitione nec tradi nec intelligi aut ad usum forensem transferri legitime posse. Ad hanc facit potissimum bene disposita legum Historia, & quum Ius Romanum civile, inter alia sibi praecipuum ordinem flagitet, huic merito adiungi meretur, qualiscunque notitia philosophiae moralis veterum Ictorum, qui veram non fucatam philosophiam affectabant ex hac enim saepissimae leges quae sibi repugnantes videntur conciliari queunt, & de antinomis sic dictis iudicari potest. Et haec ratio me mouit vt praelectionibus meis semestri aestiuo annuente diuino numine

Et suasu fautorum in Heineccii Elementa Institutionum
& Koppii Hist. Iuris habendis, has breues definitiones Hist.
Iuris Naturae praemitterem, **DOMINIS. COMMILITO-**
NIBVS, **GMNIVM ORDINVM HONORATISSIMIS**
QVIBVS iisdem interesse placuerit exhiberem, quo de ratio-
ne instituti iudicare possint, Et quo mihi in promptu essent
primae lineae non plane a methodo Koppii alienae. Hanc
vero mihi praelectionibus meis legem dixi ne quid praeter-
mitterem quod ad intellectum auctoris Et ad cognoscendas le-
gum causas ex ipsis legum Romanarum fontibus facere pos-
set. Horas his negotiis destinatas tabulis publicis tempesti-
uo tempore indicabo, me neaque studia propensae voluntati
Honoratissimorum **DOMINORVM COMMILITONVM** de
meliori commendo.





DE
NECESSITATE HIST. IUR. NATVRAE
IN STUDIO IURIS.

p. 1. Doctrina I. N. omnibus omnino hominibus neces-
saria, maxime autem ICTO, ad inuestigandas subinde ra-
tiones Legum, earundemque aequitatem demonst-
randam.

p. 2. Ius Romano Germanicum utpote compositum
ex iuribus diuersis, non leuem sibi flagitat cognitionem
Iurium ac obligationum naturalium.

*) conf. Glassey Historie des Rechts der Natur c. i Lu-
dovici Hist. I. N. pag. m. 10.

Dicatur de necessitate huius iuris sigillatim quoad ius Ro-
manum, & Germanicum, & iura reliqua recepta.

conf quae olim dicta sunt de iustitia vel iniustitia
LL. Brunquell. Hist. I. p. 207. Kaestner de def. Iur.
comm. pg. 76. Maestertius de iustitia legum Roma-
rum. Hotmanni Antitrib. passim.

p. 3. Historia I. N. tradit mutationes memoria di-
gnas hac doctrina factas.

p. 4. Icti semper potissimum hanc doctrinam suam fecere, impari licet successu, eamque ad LL. positivas transferere, quae hinc inde saepius absque cognitione historiae, opinionum & principiorum tum legislatorum cum interpretum intelligi nequeunt.

Dicatur de I. R. sigillatim, & naeuis glossatorum lepidis, in explicandis LL. Romanis Struv. Hist. I. C. 5. §. 13. pg. 396.

SECTIO. II. HISTORIA I. N.

SPECIATIM EXPONITVR QVOAD PHIL. VETERVM.

P. 1. Doctrina I. N. varias ac ingentes experta est mutationes ac quotidie fere experitur, quamquam ipsum Ius Naturae immutabile sit,

Dicatur de causis harum mutationum, & exiguo discrimine quoad obligationem ipsam naturalem.

p. 2. Separanda itaque diuersa tempora, & ipsa Hist. I. N. duce Glassy c. l. optime quoad nostrum scopum dispescitur 1) in Historiam Philosophorum Ethnicorum potissimum Graecorum, cui adiungendam puto speciatim Hist. I. N. quoad Ictos Romanos, qui Graecam maxime profitebantur philosophiam 2) in Historiam I. N. medii aevi, scholasticorum, vsque ad renascentes litteras 3) in Hist. I. N. recentiorem ab Alberico Gentili ad nostra vsque tempora.

p. 3. I. N. ex disciplina Hebraeorum hic missum facio cuius elementa sistit Seldenus in I. N. & Gentium iuxta disciplinam Haebraeorum.

p. 4. Hist. I. N. quoad doctrinam Ethnicorum, in tantum hic pertractanda in quantum inde principia peti possunt

possunt ex quibus historia subsequen-
tium temporum illustrari possit.

conf. Bruckeri Historia philosophica pot. Stanlei Hist.
philosoph.

Ludouici Hist. I. N. item Thomafii, Gundlingii, Glas-
sey. c. l. Walchs Phil. Lex v. Gesetz der Natur, Bud-
deus H. I. N. Stollens Heydnische Moral, Bayle Dict.
Hist. Critiq. passim.

p. 5. Plurimae gentes agnouerunt vocem naturae,
agnouerunt Philosophi, officiaque hominum tradidere
paucis exceptis.

dicatur de Carneade, eius doctrina, & conuenientia
cum quibusdam recentiorum Stanlei c. l. p. IV. Cice-
ro de nat. Deor. lib. i. c. 5. & 25.

p. 6. Maximae tamen fuere dissensiones circa pri-
mum idemque adaequatum principium I. N.

dicatur (a) de hac controuersia an utilis an otiosa.

dicatur (b) de Pythagora auct. Sectae Italicae.

conf. Bayle h. v. Stanlei p. 762. Glassey. c. l. p. 26.
eiusque doctrina practica, cuius pauca admodum su-
persunt capita.

dicatur de Socrate,

(c) eiusque doctrina, quae admodum Stoeae se probauit
Stanlei c. l. p. 118.

dicatur de Platone auctore Sectae Academicae, Socrati ami-
cissimo eiusque doctrina.

p. 7. Aristoteles auctor Sectae Peripateticorum, si-
cuti generatim tum temporis maximam laudem in philo-
sophia meruit, ita in philosophia practica multis palmam
praeripuit.

a) Dicatur de Aristotele

b) eiusque doctrina circa officia.

c)

c) Num libros Iur. Nat. conscripserit conf. Glassey.
c. l. pg. 30.

p. 8. Plurimum vero debemus in disciplina I. N. Stoicorum Sectae, quae originem Cynicae scholae debet.

a) dicatur de ipsius auctore Zenone.

b) de ipsius doctrina Ethica.

c) ac praecipis ratione appetitus ac diuisionibus eius in appetitum rationalem quem hominibus, & irrationalem quem animalibus brutis tribuebat.

d) porro de principiis eiusdem circa normam officiorum.

e) ac peccato philosophico

f) de apophthegmatibus, quae passim corpore iuris nostri occurrunt conf. Brucker c. l. T. II. S. VII. Stanlei l. c.

p. 9. Epicuri doctrina rite explicata de voluptate quaerenda differt a principiis Stoicorum.

Dicatur de Epicuro, eiusque doctrina, item de discrimine horum praceptorum a traditis Stoicorum.

conf. Thomasius c. l. lib. 2. §. 14.

p. 10. Philosophiae studium serius Romanis innotuit, mox tamen ingentia incrementa cepit.

Dicatur de sententia Catonis intuitu huius studii inualefcentis

p. 11. Omnes fere Sectae subinde Romae asseclas inueniebant, Stoica optimatibus placuit, nec minus tamen Eclectica ibi floruit.

Di-

Dicatur de (b) Philosophia Ciceronis

(b) de Phil. Senecae ac Antonini philosophi

(c) de Sectae Epicureae affectis Romae, & iudicio Ciceronis de illa.

conf. Ludouici Hist. I. N. §. 14.

Glaffey e. I. Brucker c. I.

p. 12. Philosophiae morali Ethnicorum iungi meretur Philosophia Sinentium, ipsorum computatione longe antiquior vlla alia, quae si fides semper haberi potest scriptoribus, plura complectitur quae ad scopum nostrum facere possint.

Dicatur (a) de Fohio, Confucio & Memcio coryphaeis quibus maximus ibi defertur honor.

Conf. La Loubere Relation de Siam. T. I. c. 23.

Confucius Sinarum Philosophus s. Scientia Sinensis Parisiis 1687. Leibnit. in praef. ad noua Sinica Bayle pensees diverses sur la Comete aliique.

(b) de quatuor principiis quibus accomodanda hominum officia.

(c) & convenientia nostrorum his praeceptis.

conf. Bülfinger specimen philosoph. Sinarum S. R. a Mosheim Ethic. Christ. P. II. c. 1. Brucker c. I. T. V.

pg. 846. ibique magno numero allegatos.

SECTIO III.


DE STOICA PHILOSOPHIA AD ICTOS. TRANSLATA QVOAD I. N. PRAECEPTA.

P. 1. Philosophia *ICTorum* veterum erat Ecletica, magis tamen Stoica.

p. 2. Phil. Stoica, apta ciuitatibus regendis facile ab ICTis Romanis recepta, maxime cum ipsi & Imperatores fauerent.

B

Dis.



Dissentit Paganinus Gaudentius de philosophia apud Romanos c. 43. & cum eo Mascovius ad Grauinam de O. I. lib. I. §. 44. in notis, dicam scripsit illi Ill. Everard. Otto Orat. de Stoica vet. ICT. Philosophia conf. Emund. Merill. Obs. lib. I. c. 8. Brucker c. I. p. 2. Grauina c. I.

p. 3. Diuortium hac in re fecere Stoici a Cynicis, qui se negotiis subtrahere soliti fuerunt, quamquam & his originem deberent.

p. 4. ICTi his principiis imbuti dialecticam, Stoicis amantissimam exercuere, raro definitiones acuratas pepigere, quibus vero infinitis diuisionibus, limitationibus subuenire studuerunt.

Sic potius vtuntur descriptionibus quam definitionibus ac impropriis etymologiis, pignus a pugno serui a seruando, territorium a terrendo L. 239. π. de V. S. fur a ferendo vel furuo i. e. nigro §. 2. I. de obligat. quae ex del. nasce: vidua sine duitate vel quasi vecors, vesanus, qui sine corde & sanitate esset L. 224. de V. S. aliarum subtilium quaestionum quae vbique occurrunt & infra in ipsa H. I. R. excutiendae erunt, quaeque maximum studium Dialecticae subtilissimae produnt, iam mentionem non faciam conf. Schaumburg de phil. vel ICT. Stoica c. 2. §. 16.

p. 5. Ex nimio amore huius philosophiae, ac aliarum doctrinarum, diuersae ICTorum familiae ortae sunt.

de quibus infra in H. I. R. dicendi locus erit, quibus obstabant hi, qui acrius his doctrinis insistebant, exempla in §. cum ex aliena I. de R. D. l. 7. cum quis ex aliena π. de A. R. D. l. lana 88. π. de Leg. 3. l. seruorum 44. §. 2. π. de Leg. I. ac alibi passim conf. a Boecklen de diu. Fam. ICT.

p. 6. Et ex hac ipsa ratione saepissime videntur heresi secundi sibi que sunt contrarii ICTi.

v. c. in pubertate determinanda, in pacto de Euiet. praestatione, in culpa praestat. in contractibus de quibus infra in H. I. R.

p. 7. Pietatem tamen ac custodiam officiorum ubique prae se ferunt L. 1. in fin. & l. 2. π . de I. & I. l. 9. π . de obseq. par. & patr. praest.

l. 3. §. ult. l. 4. & 5. π . de Iureiur.

l. 8. π . de Condit. Instit. qua in re saepe fallit Wissenbachius suis Emblematis.

conf. Cornel. van Eck de relig. & pietat. vet. Ictorum.

p. 8. Inde I. N. praecepta passim tradidere, quae tamen ubique Stoam redolent.

ex. l. 1. §. 3. π . de I. & I. pr. I. de I. N. G. & Ciu. conf. Hering de Irpr. Rom. Stoica obs. III. Merilli. c. l. T. 1.

p. Ius naturae ex his principiis a iure gentium distinguunt, alii vero nescio quale mysterium sibi in voce natura reperisse videntur.

Malquitijs de vera Ict. Philosoph. lib. 2, c. 41. Grotius de I. B. & P. lib. I. c. 1.

p. 16. Honeste vivere, neminem laedere, suum cuique tribuere sunt apophthegmata Stoicorum notissima Iure nostro repetita a Triboniano.

Schaumburg l. c. C. 6. §. 12. 13. 14.

p. 11. Nec obstat quod pactis in Irpr. nullam efficaciam tribuerint, hoc enim factum ex ~~hinc~~ ^{caput} politicis de quibus infra.

Dicatur de sententia Conani quoad obligationem patetorum.

conf. l. 1. π . de Pactis conf. Werlhoff. de potest. legislat. ciu. circa ea quae sunt I. N. §. 31.

p. 12. tribus his principiis ius contineri docebant Stoici.

p. 13. Et hinc autocheiriam licitam esse asserbant.

ex. in l. 11. de his qui not. infam. π .

Hering. de Irprd. vet. ICt. Stoica

Seneca de iar lib. 3. 15.

p. 14. Omniaque peccata aequalia, omnemque virtutem aequalem esse sensu morali, ac proportionem Arithmeticam obtineri in iustitia particulari voluisse dicuntur.

conf. l. 9. §. 11. 7. de poenis l. 38. §. 3. cit. tit.

conf. Ill. Gebauerus de Iust. & Iure Hering. c. l. obf.

18. Malquitiis c. l. lib. 2. c. 57. & 52.

Disfentit Schaumburg c. l.

Schilter Manuuct. philosoph. moral. ad Irprd.

Lipfius de philosophia stoica.

SECTIO IV.

HISTORIA I. N. TEMPORE SCHOLASTICORVM VS- QVE AD RENASCENTES LITTERAS.

P. 1. Exosa fuit Patribus omnis philosophia. Sectaria, maxime Aristotelica, Epicurea, magis placuit Platonica, maxime Eclectica, moralem tamen philosophiam mirum in modum corruerunt, passim male explicatis S. Oraculis

Exemplum in doctrina de secundis nuptiis, & vsu speculorum.

Brucker c. l. T. 3. pg. 360.

Barbeyrac ad Grotium praef.

p. 2. Exigua itaque eorundem sunt merita in hanc doctrinam, breuibus tantum tangenda. Hinc factum vt deinde in scholis artes liberales, ac philosophicae ex regulis & secundum doctrinam S. Augustini profiterentur D.D.

Thomasius c. l. c. 4. §. 4. seqq.

p. 3. Donec Aristotelis doctrina Saec. XII. aegre ferente Clero introducerentur, quas tamen deinde miro feruore acceperas, vbique ad theologiam & scientias morales transulerunt.

Dicatur derixa Abaelardi & S. Bernardi hac ex causa.

Bay-

Bayle v. Abaelard.

Brucker c. I. T. 3. pg. 715. 738. seqq.

p. 4. Scientiae tamen morales maxime I. N. valde neglectum quoniam nec sufficerent, quae hac de re supererant ex Aristotelis scriptis, maximum vero detrimentum cepit haec doctrina ex mixtione diuersorum praeceptorum

Buddeus c. I. §. 21.

p. 5. Maxime etiam tandem renocato Iure ciuili, ac consecrino Iure Canonico I. N. doctrina corrupta est, ex incondita horum iurium applicatione adscientias morales.

Brucker c. I. T. III. pg. 900. §. 23.

Ludouici Hist. I. N. §. 17. 18. 19. 20.

p. 6. Multa tamen tradidere suis praeceptis scholastici, quae inique subinde reprehenduntur, Reuchlinus uero ac Erasmus barbariem expulere.

Dicatur de actionibus bonis & malis antecedenter ad voluntatem diuinam, item de obligatione legis naturalis excluso per hypothesein impossibilem diuino numine ac conuenientia cum recentioribus.

conf. Gasssey c. I. lib. 2. §. 6.

Thomafius c. I.

SECTIO V.

HISTORIA I. N. RECENTIOR A SAECVLO XVI AD NOSTRA VSQVE TEMPORA

P. I. Exigua sunt merita eruditorum Saec. XVI. ab initio quidem circa disciplinam I. N. pauca enim a Scholasticorum naeniis repurgata in formam artis redigere studuerunt.

Dicatur de (a) Nicolao Hemmingio eiusque scriptis. quoad hanc doctrinam pot. de methodo apodictica de L. Naturae.

Dicatur (b) de Alberico Gentili eiusque scriptis pot. de iure belli (c) Iust. Bened. Wincklero tr. de iure coeli, cui nostra aetate quidam calculum adiecere.

p. 2. Hi omnes tamen gentium iura prius exposuerunt, quam indiuiduorum, quae naturali ratione praemitti debuissent, quum ab his ad illas facile transferri potuissent.

p. 3. Tandem felici sidere natus Hugo Grotius 1583. multis Albericum secutus, plura adiecit, & ex eius doctrinis orta sunt varia ac diuersa diuersorum principia, quibus mutatis nonnunquam, paullatim I. N. hodierna methodus efformata est.

Dicatur (a) de vita viri nunquam periturae memo-

(b) scriptis

(c) aduersariis

(d) commentatoribus

(e) principiis

(f) iis quae a DD. in eo reprehenduntur

p. 4. Societatis innatum amorem olim stabilitum, statui naturali hominum non satis accommodatum, non tam impugnavit Hobbesius, quam prorsus eliminavit ex statu naturali.

paeta enim seruanda docet Hobbesius Brucker c. I. T. v. pg. 195.

p. 5. Societatis principium supponit pactum, pactum deficit statu naturali, paeta seruanda docet Hobbesius ob imminens periculum, nec ita euertit plane officia societatis statu aduentitio.

p. 6. Omnia vero licere docet statu naturali, ad omnia esse ius homini, & hinc bellum omnium contra omnes, alter iure inuadit alter iure resistit c. 1. §. 10. & 12. de Ciuie

Dicatur num ius alteri absque obligatione alterius competere possit conf. Grotius c. I.

p. 7. Non rite itaque intellexisse videntur Hobbesium, eius principia sic interpretantes, ac si loqueretur tantum de eo quod inter homines euenire plerumque solet non de eo quod iure posset fieri.

Glaffey c. l. pg. 157.

Dicatur de vita ac fati Hobbesii quae ipse memoriae prodidit scriptis Glaffey. c. l. p. 181. Bayle h. v.

p. 8. Plurimos obrectatores nactus est, qui partim methodum iustam partim saniora principia & a natura humana minus abhorrentia exegerunt.

Dicatur de Scharrockio & Cumberlandio Ludouici c. l. p. 66.

Scrimeseio, horumque dispari successu in refutando Hobbesio Glaffey c. l.

p. 9. Pufendorffii maxima laus est in disciplina I. N. quamquam & ipse Grotium plurimis sequutus, exemplo tamen Scharrockii ac Weigelii praeceptoris excitatus meliorem methodum sibi praescripsit.

Dicatur (a) de vita Illustris viri ac fati plane singularibus.

* (b) scriptis egregiis

(c) simulatibus cum aliis viris eruditis, quas ipse exhibet in specimine & spicilegio controuersiarum.

adde Buddeum, Ludouici, Thomasi, Glaffey c. l.

p. 10. Pufendorffius societatis iura iusto nimis extendebat quae deinde Thomasi ad iustos limites reuocare voluit.

Ludouici c. l. p. 124.

Dicatur de ipsius doctrina ratione incestus naturalis

p. 11. Hinc inde multa ad ius diuinum posituum vniuersale refert cont. iphus Instit. Irpr. diu. l. 3. 2.

p. 12. Quae deinde alibi destruere studet

cont. Fundam I. N. & G.

Dicatur de hoc iure quod multis vt & Grotio placuit

Dicatur de scriptis, fati, ac aduersarius Thomasi

p. 13. Alii displicuerunt principia I. N. Grotii, Thomasi, Pufendorffi mox plura sibi formarunt, mox ad voluntatem diuinam ac diuersi ad diuersa prolapsi sunt, perpauca vero a doctrinis veterum non sunt repetita.

Dicatur de Franc. Buddeo ac Henrico Coccejo.

p. 14. Alii conseruationem sui ipsius ex instinctu naturali, siue appetitu sensitiuo principium vnicum idque adaequatum I. N. volunt.

Auctor des Recherches de l'origine & des fondemens du droit de la nature Amstelod. 1732.

p. 15. Alii denique eiusmodi principium quaerunt, quod tum officia erga Deum cum erga se ipsum ac alios simul comprehendere possit quale est Perill. Wolffii.

Dicatur de Dauide Meuiio & Leibnitio, quorum ille in prodromo I. N. & Gentium, hic alibi passim praecipue Monast. Mus. iuge 1700. n. iv. & Coccejo contrarius fuit, & societatis principium cum Meuiio euerit.

p. 16. Tum vero ne officia perfecta cum imperfectis miscantur, Ethica cum I. N. distinctio officiorum facienda, & hoc diuidendum in I. N. stricte sic dictum f. cogens & in I. N. sensu latissimo sumtum.

Koehler I. N. S. 340. §. 754.

Dicatur de diuersis diuersorum doctorum virorum sententiis quoad hoc principium Glassy c. l.

p. 17. Reliquorum celeberrimorum virorum conatus hac disciplina in H. I. praelectionibus ipsis reseruabo. Quoniam enim plerumque alterutri sententiarum iam commemoratarum sunt addicti, ne historiam litterariam potius quam Hist. I. N. tradere videar; meo iure hic subsisto.

p. 18. Nec desunt portentosa quaedam imo lepida principia nouiter excogitata, quae tamen potius inuentorum imbecillitatem mentis, quam huius disciplinae veros nactus mirum in modum produnt.

Göttingen, Diss., 1773 g-z

ULB Halle


005 303 435

3



Nach nicht verknüpft





11

Handwritten scribble


11

HISTORIA IVRIS NATVRAE
IN
EPOCHAS ET BREVES THESES
AD FORMAM HIST. IVRIS
B. KOPPII REDACTA
PRAELECTIONIBVS SVIS FVTVRO
SEMESTRI AESTIVO HABENDIS
PRAEMISSA

1749,20

P-527

AB
ANTONIO LVDOVICO SEIP
I. V. D.



GOETTINGAE,
TYP. IO. CHRIST. LVD. SCHVLZII, ACAD. TYP.

